

audi quiddicet deo dī veritas; Non enim loque-  
 tur se mē ipso. sed quę audit loquētur. & quę  
 uenient. adnuntiabit vobis. Itaque ut aduer-  
 tas quia nouit omnia. cum diceret filius. De  
 die autem illa & hora. nemo scit. neque ange-  
 li celorum. Exceptit sp̄m sc̄m. Si autem excep-  
 tus est sp̄s sc̄s ab ignorantia. quomodo non ex-  
 ceptus est dī filius. Sed dicitur quia cum ange-  
 lis adnumerauit & filium; Adnumerauit qui-  
 dem & filium. sed non adnumerauit & sp̄m sc̄m.  
 Aut fatere igitur potiore esse sp̄m dī filio.  
 utinam non solum quasi arrianus. sed & iam qua-  
 si fotinianus loquaris. Aut agnosce. quo referre  
 debeas. quod nescire filium dī dixit. Etenim  
 quasi homo adnumerari creaturas potuit. qui  
 creatus est; Quod si uis dicere quia nouit om-  
 nia. & prescientiam habet dī filius omnium fu-  
 turorum. quę filio incognita putas. ea de filio  
 sp̄s sc̄s accepit; Accepit autem per unitatem  
 substantię. sicut accepit a patre filius; Ille  
 inquit me clarificabit. quia de meo accipiet.  
 & adnuntiabit uobis. Omnia quęcumq; habet pater. mea sunt. Sp̄s ea dixi. de meo accipiet.